

CRISPINVS ET CRISPINIANSVS MARTYRES.



**C**Rispinus & Crispinianus fratres Christiani  
existentes sua pietate & innocentia uitæ pas-  
sim multos ad ueram religionem perduxerunt. Ita-  
que hinc inde à gentibus expulsi, tandem in Belgi-  
cam Germaniam peruenerunt, Diocletiano Cæ-  
sare existente. Ibi in urbe Sueffionum, ut se & su-  
os honestè alerent, artem futoriam exercuerunt,  
& nihilominus, occasione data, Christi doctrinā  
alijs communicarunt. Itaque tandem cum anno  
Christi trecentesimo quarto maxima piorum per-  
secutio orta esset, ipsi quoque propter Euangelij  
confessionem subulis stimulati, ac postea capite  
plexi fuerunt. Quam ignominiam ipsi magno ani-  
mo fortiter, spe æternæ glorię, superarūt. Theoph. Leb. in Onomast. Theolog.